



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||**

**Erasmus, Desiderius**

**Basileae, 1518**

**VD16 E 3644**

Romanae Historiae Compendium, Ab Interitu Gordiani Iunioris Vsque Ad  
Iustinum III. Per Pomponium Laetium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14277**

771

# ROMANAE HISTORIAE

COMPENDIVM, AB INTERITV GORDIANI IVNIORIS  
VSQVE AD IVSTINVM III. PER POM  
PONIVM LAETVM.

BALBINVS. PVPIENVS. GORDIANVS.



**M**AXIMINO PROFLIGANDO, qui primus post  
habita Senatus autoritate, ab exercitu imperator  
Aug. adpellatus est, ex concione Vectij Sabini, pa-  
tres imperium duobus uiris decreuere, & populus  
Rom. concordī adsensu ac letitia sciuit. ij fuere De-  
cius Gælius Balbinus, & M. Clodius Pupienus. Hic  
quàmuis homo nouus, per gradus dignitatis satis  
inlustris erat, & grauitate ac seueritate uenerabilis.  
Balbini maiores ex gradibus Hispaniæ cum Pom-  
peio Magno uenerat, & ciuitate donati. horum primus Theophanes Balbus,  
Romæ adpellatus Cornelius, quem M. Tullius defendit. Igitur Balbinus nobi-  
litate familiæ, fortunisq; & demetia satis cognitus. hic Cæsaris, ille Catonis mo-  
ribus comparatus. ille contra Maximinos hostis iudicatus copias eduxit, hic ur-  
bis gubernationē suscepit. illius auspicijs cæsi Maximini, huius bonitate tumult-  
us in urbe inter ciues ac prætorianos exortus est. tandē neq; illi seueritas, neq;  
huic dementia profecerunt. ambos, milites occiderunt. Gordianum natum An-  
XIII. qui modo Cæsar erat, imperatorem fecerunt, non abnuente Senatu. Cu-  
ius successibus, cum posset Perficum nomen deleri, insidiæ Philippi uetuerunt.  
Quibus circūuentus, adolescens occisus est. Etenim occultæ proditioes, ad ex-  
cidium bonorum excogitata, scelera audientium prodigiorum augent. nō fuit  
inulta iuuenis Gordiani cædes. quicunq; in eum coniurauerunt, crudelibus sup-  
plicijs adflicti interierunt.

MARCVS ET SEVERVS OSTILIANVS.

**S**enatus de morte Gordiani factus certior, Marcum quendā uirum grauem  
ac sapiētem imperatorem legit: qui subita morte in palatio, ubi habitabat,  
decessit. nec successor dilatus est. statimq; lectus à patribus Seuerus Ostilianus:  
qui repente cum incidisset in morbum, Medicis male uenam soluentibus, occu-  
buit. interea literæ Philippi ad Senatum adferuntur. in ijs scriptum erat, Gor-  
dianum graui morbo adfectum obiisse, & Philippum ab exercitu imperatorē  
factum, rogareq; uti patres probarent. Senatus qui rem nondū nouerat, Augu-  
stum Philippum confirmauit, Gordianum inter diuos rettulit.

DE IMPERIO PHILIPPI.

**M** Iul. Philippus Vostris Arabiæ urbe, obscuris parētibus natus est. cuius  
fortunæ, humilitas generis non obfuit. Ab teneris annis relicto patrio  
solo militare cœpit. nec difficile hoc puero fuit. Nam Arabes optimi sunt equi/  
V u 2 tes, &

res: & militiam Romanam noscere cœperunt, in Oriente res gerente Pompeio. Philippus haud parum diligens, per gradus promotionis ascendit: comes ordinis, deinde dux, post præfectus prætorio. Tandem in Perfide post mortem Mithæi, exercitui à Gordiano præficitur: & loco parentis, iuuenis Imp. eum habuit. Mithæus, qui & idem Timæstocles, uir modestus ac frugi, Reip. & militibus moderandis tanta destitute usus, ut utriusque charissimus fuerit, propter cuius bonitatem simul & ingenitam eloquentiam, eius filia adolescenti Gordiano nupsit, præfectusque urbi factus, tanti uiri consilio imperium ex omni parte augebatur. bello Persico senis prouidentia fugatus est Saporex rex, Artaxerxis F. Erat autem Saporex statura puerus & corpore horribilis. Recuperatae urbes, Antiochia quae est Nisibis & Carræ, exercitui comæatus nunquam defuit. In eo exigendo prouincialibus minime molestus, Senatus hominem quadrigis & titulo honestauit.

MISITHEO PARENTI PRINCIPVM P. R. TV  
TORI REIP. S. P. Q. R.

**S**Vnt qui scribunt & hunc consilio Philippi obijisse, nam cum Medici poculum decreuissent uentris profluuium cohibendo, aliud fraude porrectum, quo magis solueret. Post huius obitum factio Philippi plurimum creuit, frumentariae naues eius opera interceptae sunt. Exercitusque exurie cum laboraret, ad loca difficiliora traductus, ad quae per Euphratem comæatus aduehi non posset, amici Philippi, negligentiae principis id adscribebant. Caeteri cum exurirent, facile crediderunt. Iamque palam princeps adfuitur, adolescentia culpabatur, quod non digna imperio esset, tandem fames impulit penè omnes imperium commendare Philippo, qui una cum iuene imperaret, quod diu durare non potuit, nam & Philippus fraudolenter omnia agebat, per clandestinos amicos noua crimina fingebat. Et iuuenis Scipionum proles, & Augustorum haeres, aequatum sibi imperium cum indignitate Philippi agere ferebat. Ea res eadem Gordiano festinauit, adcessit etiam ne amor S. P. Q. R. & militum, intellectus, hominis Arabici fraudibus, imperium abrogaret, hac uia iam Augustus, Philippus proficiscendi ad urbem concionem habuit: percussosque cum Persis foedere, Mesopotamiam & Assyriam hostibus reliquit, passus uictoriarum armorum dedecus, ut ad urbem à Syria aduolaret, in natali agro urbem sui nominis condidit iussit Philopopolim, & ne quis ambigat, aut nominis similitudine decipiatur, altera est in Thracia Philopopolis, quam Scythae diripuerunt regum Macedoniae opus, in itinere consortem imperii fecit Philippum filium, reuersus ad urbem iam uoti compos, plura largitus est, sed ipsius aduentu latitiam haud ingens, quod prouincias amiserat studens sedare animos omnium, inducto cum Persis decreto, illis bellum indixit, speras ignominiam abolere. Res sine sanguine peracta est, Persis prouincias restituere pollicentibus, huius imperii Anno II ante XI Cal. Maij, ingenti pompa, magnoque sumptu & adparatu saeculares ludi An. A. V. C. M. celebrati sunt, beluae triumpho Persico & ijs ludis à Gordiano adseruatae (nam iuuenis natali urbis triumphare decreuerat) haec fuisse memorant: Elephanti XXXII. Falces X. Tigrides X. Leones mansueti LX. Leopardi cicures XXX. Hienae X. Hippopotamus unus, Rhinoceros unus,

unus, Arcoleontes x. Cameleopardi x. Onagri xx. Equi feri xl. Gladiatorū paria mille. quæ omnia in circo Maximo exhibita, & scenicos ludos in Pompei theatro, tribus diebus, totidemq; noctibus (mirum dictu) peruigil populus spectauit, funalibus atq; lycnis tenebras uincens. & cū multitudo solēnibus ludis intenta esset, incendiū aut ex luminaribus, aut ex ignibus coalitum, in curia diuagatum est. Theatrū Pompei arsit, & ei propinquū Hecatonstylon. Centū columnarū in campo Martio opus, Centenariā porticū adpellabant. Circēses dati, in quibus certamine currendi quadragesimus equorū ē carcere missus numeratus est. De ludis sæcularib⁹ pauca referre haud ab re est. Eos instituisse fertur exactis regibus, M. Val. Publicola: & adpellatos, qd' plerūq; hominis ætas semel intueri potest. idēq; aliquādiu seruatum est. postea ambitione Cæsarū cupientū id solenne suis temporibus exhiberi, ordo corruptus est, & pro libidine sæculares ludi habiti. Interea Scythæ, qui Misitheo fidē præstiterāt, & illius nutu quieti erāt, facta irruptione limites transgressi, urbes & agros imperij Romani uastare, prædas abducere, cædes undiq; facere, incendia suscitare, domos, uillas, tuguria euertere, metum haud inanē inferebant. Expeditioni propere præficitur Marinus quidā, dux limitis Sarmatici, ab exercitu Illuricorū imperator est adpellatus, quod cum nunciatū esset Romæ, Philippus aduocato Senatu, plurimū de Marini ingratitude questus est. Decius uir clarus hortatus est principem ne timeret, quod Marinus pœnas daturus esset, qui post paulo cæsus, seditione militari pœnas luit. Confirmatus imperator uaticinio Decij, contra Scythas cum supplemento copiarū ipsū Deciū misit, qui cum ad exercitum peruenisset, concordī ad sensu milites Illuriciani imperatorē fecerunt: reuentem ac repugnantē strictis ensibus coegerunt. Dux experiētia rerū cautus, ne à principe aduersari posset, neue locū calumnijs præberet, fidissimo nūcio literas ad Philippum dedit, quibus se excusabat, suppliciter exorans, ne turbato animo ferret, p mittens abdicaturū se dignitate, ad quam inuitus tractus esset. Philippus uero homo Punica fraude deterior: qui, ut scelera teget, cultū Christiani nominis simulabat, expeditionē scriptis etiā nouis legionibus contra Decium parauit, & cum posset per duces bellum gerere, ipse eductis copijs profectus est, minis ingentibus palam adserens se Decium cum toto scelerato exercitu perditurū. Hac mente turbatus, uelut furore concitus ferebatur. Itaq; à militibus ipse Veronæ cæsus est, & Romæ filius à prætorianis. Is traditur fuisse Agelastos, & ludis sæcularibus ridentē patrem se uero uultu inspexisse, uelut illum corrigeret, Ambo Philippi uixerunt An. v. & immerito inter diuos relati.

## DECIVS.

IMP. Cæs. M. Q. Traianus Decius Aug. Decius Bibali inferioris Pannoniæ urbe natus claris parētibus, ab ineunte ætate spem optimæ indolis præbuit, in quo uirtutes cū ætate creuerunt, ad amplissimas dignitates nō ambitio, non empta suffragia, nō corruptæ amicitia, sed boni mores pduxere. Igitur qui à militibus Illuricianis ante imperator factus fuerat, ab senatu Augustus est adpellatus. Is cum magnitudinē imperij cōtemplaretur, P. Cor. Liciniū Valerianū, qui

Vu 3    postea

postea imperauit, exercitui præfecit, uirum militarem & bonis moribus nutritum, tum LXVI agentem annum. & cum de Censore eligendo potestas Senatui data esset ab Decio, Valerianus absens Censor lectus, in æde Castoris & Pollucis in parte fori Romani uersus palatium, cuius uestigia effodi uidimus. Ea censura probata Decio patre ac filio C O S. modestia Decij hoc passa est. Nā postquam Resp. unius nutu gubernari cœpta est, ipsi imperatores Censores erant. Decius cuius uita sanctissimis institutis nunquam aduersata, cupiens nihil agere nisi quantum Senatus iuberet, censuram amplissimo ordini permisit. huius imperatoris uita, quæ & ciuilis & militaris fuit, multos habuisset laudatores, si ab Christiano rum cruciatibus se temperasset. Nā ius quintæ relationis, & Proconsulare imperium, unde Augusti omnes, proconsulibus, necnon & ius Trib. pot. quod Augustus primus sibi perpetuo uindicauerat, arbitrio S. P. Q. R. permisit, patris patriæ cognomen adcepit. Sed priusquam ad urbem rediret, ciuiles in Gallia motus sedauit. parum in urbe comoratus, cogente Senatu filium suum Decium Cæsarem fecit. Patribus Remp. comendauit, & unam cum filio ad liberandas Thracias profectus est. Nam Scythæ & naualibus & terrestribus copijs omnia infestabant. Victor in primis congressibus, hostes in angustias locorum, quæ in Dardanijs sunt, compulit, & obsedit: expugnassetque fame, ni proditus ab suis fuisset. Hostium dux per legatos petijt, uti relicta omni præda sineret cum suis abire trans Istrum. Romanus imperator negauit, auidus illos perdendi, qui toties fractis fœderibus iruperant, & qui prouincias Romani imperij quiescere non sinerent: & sua strage uix domiti, amisso rege Decibalo, Neruæ Traiano illuserint. Iamque ferè uoti compos, Trebonianum Gallum, ducem limitis Misie, ad obsidendos aditus, ne fugerent, cum bona parte copiarum misit. Gallus consilium Barbaris patefecit, & eos monuit ut se diuiderent: & alij consisterent in insidijs prope paludem, alij in primo congressu fugam simularent, paludem uersus. Barbari non nihil addentes, consilio Galli rem peragunt. Cum in pugnam descenderent, admiratus est Decius, quod qui modo percussi metu erant, iam arma posceret, ignarusque prodicionis, certus uictoriæ copias educit. Illi statim terga dant, Imperator insequitur. cum uentum est ad insidias, atrocissima fit pugna, utrinque magnæ cædes. Deciani difficillime præliabantur, luto palustri adterente cladem: tamen non moriuntur inulti, & loco & fato aduersantibus pereunt. Decius pater cum filio occubere. Senior forte equo sedens, ne uiuus aut contra in manus hostium perueniret, insiliit in uoraginem paludis. Nam quaesitum eius cadauer nusquam repertum est: Regnauerunt biennio nondum finito. Hic fuit Deciorum finis, qui (ut credibile est) se pro futura uictoria deuouerunt. Ira enim Deciorum nomen facere consueuit. Decij mares duo prioribus sæculis, alter bello Etrusco, alter bello Latino, constanti animo inter confertissimos hostes pro uictoria patriæ se deuouentes occubere. Hunc deuouendi morem primus creditur introduxisse Linus Codri F. qui pro patria bello Dorico se deuouit. Hic Miletum coloniam Atheniensium deduxit in Ionia. Quidam scribit Decium cupientem Philopopoli ferre opem, cito petijisse Bercæam, & inde fugatum ab Echina rege Gotthorū: reparatisque in Mœsia uiribus, redisse

redisse ad hostes, qui Philopopolim ceperant, & Priscum ducem sibi conciliauerant. In ipso congressu ictum sagitta Decium filium decessisse: & patrem, uel ut caedem filij ulcisceretur, uel ut morte sua finem dolori inueniret, in cōfertissimos se immisisse hostes, & nusq̄ adparuisse, & dijs ante congressum immolasse, ad Abritū Moesia: urbem. Inde factum loco nomē, Ara Decij adpellatur. Decius pater bonitate Traiano adaequatus, nomenq̄ optimi principis iudicio Senatus meruit, adpellatusq̄ est.

IMP. CAES. M. Q. TRAIANVS DECIVS AVG.

**E**Xercitū Illuricianū mire dilexit, quia ab eo primū imperatoris nomen adcepit. Senatus Decij nomine, Decianas thermas in Auentino aedificauit.

GALLVS.

**I**MP. Cæs. C. Vib. Trebonianus Gallus Aug. Patriciorum familia ortus, in quo plus fortunæ q̄ fidei fuit. Quamuis, cum Augustus esset, in nummis matibus exprimi iusserit, uirtus Augustorum, de se ac filio, quasi uirtute, non dolo principatum adsecutus, in tanta nostrorū strage, legio quæ integra Scytharum fide remanserat, Gallum imperatorem fecit, qui superfuerant, ad hunc confugerunt, uelut seruatorē reliquiarū Romani exercitus, quo rumore adductus Senatus, Augustum adpellauit: licet & ipse scripserit, cum Scythis fœdus percussit nō sine Romani nominis ignominia. Tunc primū diuturno & libero potētatu populo Ro. tributa pependit. Tunc primū Resp. iugū Scythicæ seruitutis adcepit, tantq̄ est imperandi auuiditas, ut qui præesse cupit, & ad id fastigiū legi, urbes & puincias sine discrimine donet. Hadrianus ab alijs occupatas restituit, quod principis liberalitate uideri actum potest, sed qui tributo pendendo obnoxiam fecerit urbē, præter Gallum fuit nemo. Tributum fuit drachmarū aurearū CC. Secus euenit q̄ sperabat imperator. Barbarus cum uincit, insolētior est. Itaq̄ cōtemplatus diuitias Ro. imperij, quod & sua fide ille imperaret, ac per hoc tributum pro meritis nō esset, incursiones facere, prædas abigere, ingentiq̄ agmine terra maricq̄ sæpius irrumperē, depopulatur Dardaniā, Thraciam, Thessaliā, Macedoniāq̄, & Hellada, & pars infestabat Asiam: undiq̄ cum pluriū urbiū uastatione & excidio. Scytharū exemplo alij hostes surgunt, armāq̄ capiunt, iam in uiscera Syriae penetrant Parthi, & Armenias fugato rege Tyridate occupant, cuius liberi hostibus se dederūt. Scythæ magna onusti præda, in Dardanos, uelut regni sedē redeunt. Interea Gallus cum Romā uenisset, C. Vib. Volusianū filium consortē imperij fecit. Scythæ rursus nō contenti precio, iam Italiae minabatur, sic Barbaricæ gētis animus nostris opibus inhiabat, itaq̄ opera Aemilianī ducis limitis Mysiæ rapacissimi hostes, nō sine magna cæde in suas solitudines redire coacti sunt. Ita imperiū Galli infastū atq̄ infelix rerū gestarū monimētis obscurū, uerū clade generis humani, memoriæ traditū est, siquidem eo imperate pniciosa pestis undiq̄ uiguit. Tabes initiū fuit, ab Aethiopia forte ex nimio solis ardore. Pestilitas primo cōsumptis ferē meridianis p Oriente diuagata est: inde cæteras orbis partes inuasit: ubiq̄ maximā partē incolētū exhaustit: pleraq̄ loca inhabita reliquit, ea labes uix intra x. annos finē inuenit.

Vu 4 Prouenisse

Prouenisse ex infelicibus Galli auspicijs uisa est, ut qui prodicione imperiū adripuit, Christiani etiā dogmatis hostis, qui cū copias cōtra Aemilianū duceret, uictus, & ab suis militibus desertus, unā cū filio cæsus est. Imperauit An. II.

IMP. CAES. AIMILIANVS AVG.

**A**imilianus Libycus, nanq; in Mauritania ortus, à pueritia cœpit stipendia mereri, & cū pro ætate honores promotionis nō deessent, dux limiti Sarmatico in Mœsia à Decio præpositus, & à Gallo minime submotus: cum Scythæ, solertissimū latrocinandī genus, contenti precio nō essent, Aimilianus pro cōcione suis militibus id pollicitus est, si hostes uicissent. Nostri præmio ad censi ad cōferendas cum Barbaris manus incitatiores facti, cumq; nimius ardor insisteret, apertis castrorū portis, auidum pugnādi militē educit: qui tanto impetu in hostes inlatus est, ut nō fugauerit modo, sed bona ex parte ceciderit, illorūq; regiones abactis prædis penē exhaustis. Reuersus in Mysiam, præmia adsecutus est. Aimilianus persequitur, qui hoc successu adeo gratus uictori exercitui fuit, ut ab eo sit Imperator adpellatus, ad hos motus opprimēdos Gallus unā cum filio proficiscitur: nec profecit. Ambo in primis prælijs cæsi sunt, & milites Aimiliano hæserunt, qui statim ad Senatū scripsit, docēs se imperatorē lectum esse, promittēs se liberaturū Thracias & Mesopotamiā, & Armenias recuperaturū, & depulsurū uindiq; hostes nominis Romani. Sed priusq; opus aggredere, milites qui in Alpibus erāt, Valerianū imperatorē faciunt, quo nūcio adcepto, qui sub Aimiliano erāt, ne ciuili bello, & cognatorū sanguine, se inuicē inficerēt, cōtemplantes præterea humilitatē generis Aimiliani, & nobilitatē Valeriani, simul & laudatissimos mores, eo interfecto, Censorio uiro se tradiderūt. Imperauit autē mensibus III. Vixit An. XL. Ita res solo ducis capite peracta est.

VALERIANVS.

**P**Cor. Licinius Valerianus successit, homo maioris spei ac opinionis q̄ fortuna. Captus ab Sapore rege Persarum, in captiuitate consenuit. Interea eius frater Licinius Galienus, ab initio Cæsar, mox Augustus præclara gessit: deinde ad delicias lapsus, dum popinæ studet, imperiū dilacerare non curat: & nisi in Gallijs occidentē A. Postumius, & orientē in Syria Odenatus Palmirenus defendissent, imperiū Ro. sudore ac uigilijs, fortuna & uirtute fauētibus adquisitū, Germani, Persæ, Scythæq; & surgētes ubiq; hostes pdidissent. Verū & Tyranni xxx sibi bona ex parte occupauere. Porro Galienū cū fratre Valeriano, milites Aureoli, q dux erat Illuriciani exercitus, prope Mediolanū interfecerūt.

CLAUDIVS.

**M**Aurelius Claudius deinde suscepit imperiū, uir ad Barbaros delendos natus, quos statim multis in locis & uicis, fudit, atq; cecidit. prælijs ac rerum penuria Sarmatas, Getas, Scythas, Quados consumpsit. Daciā recuperauit, Victor Syriū Pannoniæ petijt, ubi in ægritudinem incidit, & priusq; decederet, cōuocatis ducibus, Tribunis, & præfectis, cōcionatus est præsertim de eligēdo Imp. & longa orationis serie Aurelianū probauit. Senatus nūciata Claudij morte, eius fratrem Aurel. Quintiliū Italici præsidij ducem, Cæsarē Aug. adpel lauit.

lauit. Exercitus interea Aurelianū imperatorem legit. Postq̄ nunciū ad urbem peruenit, illius conatibus se imperatorē cum uideret, malēq; expertus concione militum uoluntatē, qui omnes fauebāt partibus Aureliani, uenas soluit, & post paulo decessit xvii imperij die. Aurelianus solus imperat, qui imperium multiplici Tyrānide liberauit, & eius terminos auxit, rebus gestis magnis principib⁹ nō modo æquandus, uerū etiam antefendus: interfectus medio itinere, quod ducit ab Heracleo Bizantiū, nō longo ab Zenophoro, ministri à libellis manu.

## TACITVS.

**P** Annius Tacitus post hunc imperat, uir egregius, & Reip. cōmodo, sine exercitu ab Senatu imperator & Augustus adpellatus. Tunc primū Resp. uelut longo postliminio reducta, suo iure ac iudicio usa est. Vtinā nec militaris furor, aut nimia erga nutrices cura, bonos mores pdidissent. Nā quāmdiu sua grauitate Senatus decernit, tādū Resp. uiribus suis cōsistit: quæ tunc renascens, Tacitum sui corporis legit, & militibus principem dedit, non adcepit ab legionibus, aut à prætorianis iugum: sed inuidit tātō facinori celum. Dum fama tantī principis ad suos limites producit, fata successorem dedere. Is fuit

## PROBUS.

**M** Aurelius Probus, uir gloria rerū gestarū inlustris, nec potuit obesse M. Annio Florianus Taciti frater, qui cum suo iudicio ad tantū uelut hæredium properaret, imperiū & inuasit, & adripuit. Itaq; cum uix duobus mensibus præfuisset, Tarsi à militibus occisus est. Probus igitur uere probus, ita se & in toga, & in militia gessit, ut res ipsa nomen sequeretur. Sarmatas contudit, Tyrannos extinxit, orbē pacauit, iudicia bonorū de se admirabili uirtute confirmauit, pace terra mariq; parta, dicere solebat milites minime necessarios fore, cum desunt hostes, quæ uox plurimū obfuit, in Sirmiensi agro, natali solo, dum moram trahit, tumultu militari occisus est. imperauit An. vi. mens. iiii.

## CARVS.

**M** Aurelius Carus Narbonæ genitus, molem subiit, Exercitus imperatorem adpellauit. Is cum Probi adparatu in Persas profectus, Mesopotamia recepta Ctesiphontē peruenit, & nisi fulmine ictus cōcidisset, regnum Persicum subuertisset, traditæq; sunt rerum habenæ eius filio.

## NUMERIANVS.

**N**umeriano, cui Mars in armis familiare numē præbuit, Minerua peculia rius adfuit, & citharā præbuit Apollo: Miles, orator simul & poëta, oculis æger, forte aer & uigiliæ in bello Persico nocuerāt, oclusa lectica ferebatur. Erat in castris Arrius Aper, cuius filia nupserrat Numeriano. Huius igitur cupiētis in uadere imperiū factione, modestus & frugi iuuenis occisus est. Nec eius mors inulta, concionantem Aprum Diocletianus confodit. Imperium

## CARINVS.

**C**Arino moranti in Gallijs, ubi erat à patre relictus, obuenit, hic primū florem pueritiæ, quem fruendum dederat cum adoleuisset, ab adolescētibus repetijt. Pater si uixisset, abrogare sapius cogitauit filio Cæsaris nomen, & con-

ferre

ferre Constantio uiro dabo. sed hoc fata Herculio seruatum statuerāt. Carinus diu praesse non potuit. Piorum sanguine madefactus, totius ubiq; iuuentutis corruptor. Victor tamen exercitus in Perside Diocletianū imperatorē legerat, qui Carinū multis praelijs uicit. Non defuit Carino uigor occupandi orbē: multūq; progressus fuisset, si non incidisset in Diocletianū, cum exercitu recenti, uictoria ferocem. occubuit Carinus ultimo praelio ad Margum cōmisso, à militibus fortissimis quos habebat desertus. Percurri gesta XI imperatorū, ne interrupta temporum series admirationem legētibus faceret. Ad destinatum opus redeo, professus initio me scripturum de his imperatoribus, quorum gesta magna ex parte ferē interierant.

PRIMI LIBRI FINIS.

## C. AVRELIVS VALE-

RIVS DIOCLETIANVS.



**S**ALONIS Dalmatiæ ortus, utroq; parente ignobili & obscuro, quidam scribūt Libertino Anulli senatoris genitum, quidā scribæ filium, militare à pueritia cepit. Cumq; Gregarius miles in Gallia esset, diuersorio cuiusdā Driadis utebatur, ab qua cibaria emebat, debebatq; plurimū uetulae, cum illa precium posceret, dicere solebat, soluā cum imperator fuero. At illa subiunxit: Eris imperator cū Aprum interficies. Hac uoce auguriū futuræ felicitatis adcepit, etiā studebat uenatū ire, sapius contra apros congregiēns, plurimos interfecit, tandem cum Arriū Aprum sua manu cōfodisset, & imperator ob id factus esset, intellexit uocem Driadis haud uanā fuisse. Profligato & cæso Carino Augustus adpellatus, & ab S. P. Q. R. magno honore exceptus est. In quibusdam imperij regionibus facti sunt motus, & tyranni nō deerant. Diocletianus animaduertens consorte imperij opus esse, ut citius pacē ubiq; redderet, Maximianū legit, tantq; fuit in gubernanda Reip. inter principes cōcordia, ut alter alteri, q̄uis semper honesta cupiebant, nunq; repugnauerit, uerum Maximianus ut filius patri Diocletiano obtemperabat. Felicissima cognomina sibi indidit. Diocletianus Iouius, Maximianus Herculius adpellati sunt: uelut ille Iouis, hic Herculis hæres. Iuppiter Gigātes ut cæli regiam defenderet, perdidit. Diocletianus ut orbi terrarum regiam tueretur, Tyrannos surgentes, ut Centimanos, diligenti cura perdidit ac deleuit, & ut Iuppiter turbata pacauit elementa, sic Diocletianus domitis ac cæsis seditiosis hominibus, imperium turbatum, tranquillum reddidit. Iuppiter ab sua arce undiq; suum numen diffundit. Diocletianus quāuis uno esset in loco, sua prouidentia præsens ubiq; esse uidebatur. Hercules ἀλεξικακος, à nostris custos generis humani cognominat<sup>9</sup>, urbis, oppida, agros, regiones, syluas, horrendis & perniciosis monstris, & aërem infestis alitibus liberauit, simul & genus humanū tutatus est. Maximianus post salubre tēperamentum uirtutis